



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De Ecclesia Hierosolymitana.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

Theodosius iunior, qui illis successit, & legem eorum per hanc legem abrogauit. significat.

## DE ECCLESIA HIEROSOLYMITANA.

Quanto studio dilexerit atq; persecutus fuerit Iustinianus Imp. decori domus Dei et quam enixè Catholicorum Ecclesiis (ex summam laudem meritis est) prospere se voluerit, inter alia pluriima, cognoscitur in eius nouella constitutione quadagesima ubi amplissimo fauore ac zelo pietatis precequitur ecclesiam Hierosolymitanam (que facta resurrectionis, forsitan etiam hodie vocatur) & simul mirabilem Dei & Domini in Iesu Christi dispensationem, qua ineffabilem multitudinem (deuotionis causa illuc concurrentem) quotidie excipiat, paucisq; sustentantibus. Si enim, inquit imperator, omnino Dominus & artifex dignatus est tantam illi dare prerogatiuam super ceteras ciuitates, ut ex ea secundum carnem resurgeret: manifestum est, quod & nos Dominum Deum, et mira eius opera, quantum in nobis fuit, imitantibus prerogatiuam aliquam ipsi supra ceteras Ecclesias dedimus: ut ipsa iam frui debeat infra lege, quam, ut feracitatem quandam Carphoriam illi depromimus, quod ipse commodum est imprimis eligentes atque stimantes. Auth. Vt Eccles. sanct. resurrexerit.

Nota miraculum quod in templo Hierosolymitano etiam Iustiniani temporibus fieri solebat.

Ecclesia Hierosolymitanae privilegium.

ædif. &c. coll. 10. Eamq; constitutionem scripsit ad Petrum Archiepiscopum & Patriarcham Hierosolymitanæ Ecclesiæ.

**QUID CURÆ AC SOLICITVDINIS ADHIBERIT** Imp. Constantinus Magnus in construendis instaurandisq; Ecclesiis.

Scribit Nicephorus Constantinum Magnum post rem bene gestam in concilio Nicæno, religionis amore incensum, ad vrbes & populos Romani Imperij prolixius etiam, quam antea, Epistolas dedisse, ut priori quidem errori nuncium remitterent. Catholicam autem doctrinam & religionem ampleterentur. Episcopos quoq; missa liberaliter pecunia, ad Ecclesiarum ædificationes excitasse, sumptusq; ad id abunde præbuisse. Libros itidem Ecclesiasticos manibus propriis describere & concinnare iussisse. Sed consilium animumq; scribentis certius indicabit Epistola eius, ad Eusebium data, quæ sic habet.

Niceph. lib. 8. cap. 17. Ecclesiast. hist.

**VICTOR CONSTANTIN.**

Max. A. Eusebio.

Tantisper dum ad hoc vsq; tempus, impietas & tyrannis pro arbitrio suo ministros seruatoris Dei persecuta est, credo, atque adeo certè persuasum habeo, Ecclesiarum omnium opera, vel per incuriam pessum iisse, vel imminētis persecutionis metu, minus esse, quam dignitas earum postularer, perfecta, frater charissime. Nunc verò libertate reddita, ac serente illo, Dei optimi Maximi prouidentia, atq;